



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae  
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris  
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae, 1595**

**VD16 ZV 18288**

S. Calliopij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

VITA ET MARTYR. S. CALLIOPII.

ex ijs que sunt per Simeonem Metaphrasten.

**C**alliopius omni diuinarum literarum cogniti-  
one imbutus, matre Theoclia, foemina cun-  
ctis virtutibus & Christiana pietatis studio  
inprimis clara natus, Pergae Pamphiliae patriciam  
administabat dignitatem, cum odio idololatriae  
ductus, matrisque oratione impulsus Pompeiopo-  
lim Ciliciae se contulit. Vbi cum Praefectus Maxi-  
mus insanos ludos, choreas, & conuiuia celebraret,  
Calliopius ab alijs ad eandem impietatem inuita-  
tus constanter ac praecise flagitiosis eorum actibus  
communicare renuit, & libere Christi se cultorem  
esse professus est.

7. Aprilis.  
Mater S.  
Calliopii.

Constanter  
se Christia-  
num profi-  
tetur.

Quae cum ad aures Praefecti delata essent, ille ira-  
cundia inflammatus Calliopium ad se pertrahi ius-  
sit, & extrema quaeque illi minatus est, ni relicto  
Christo, annua cum reliquis, deorum celebritate  
perageret. At Calliopius ipretis minis, & suppli-  
cjs contemptis, vnum, verum & eternum Deum con-  
fessus, deos omnes inanes, ligna putrida, & sensus  
expertia esse dixit. Praefectus admirans tantam in  
adolescente constantiam de genere, ac dignitate eius  
quaesuit. Qui cum se claris natalibus ortum ac pa-  
tricia dignitate prae ditum responderet: Per deos,  
inquit, Praefectus, si decreuisti ab hoc mentis tuae er-  
rore recedere vnicam tibi filiam meam vxorem da-  
bo. Cui Calliopius, Filia tua tibi sit, tu vero ea quae  
tibi videtur, in me supplicia exerce, ego enim Chri-  
stianus sum.

Praefectus eum  
ad se duci  
iubet.

Praefectus ei  
unicam suam  
offert filiam.

Ad haec Maximus acriori furore comotus, Quid,  
inquit, putasne istiusmodi sermonibus futurum, vt  
ab ira praecipiti, te vnico celerique supplicio ne-  
candum eurem? Falleris. Neque enim faciam, sed  
corpus



corpus tuum omni cruciatuum genere confectum voracibus flammis obijciam. Imò, respondit Calliopius, hoc est quod tota auiditate concupisco: Quanto enim grauioribus me tormētis exercueris, tanto splendidiorem mihi coronam cōtexes. Tunc Maximus furijs in eum inuectus, plumbatis ossa omnia confringi iussit. Quod genus supplicij Christi martyr non modò inuictò animo, sed summo etiā cum gaudio perferre visus est, dum inter ipsa tormenta Christo gratias ageret, quòd dignus esset habitus pro eius nomine supplicia pati. Maximus autem acriores inerea minas iactabat, atque urgebat, vt maturè dijs immolando ab ea suppliciorum atrocitate se eriperet. At Calliopius: Tormēta tua, inquit, ò tyranne, non sentio, sed verā dulcedinē suauitatem à Christo nobis promissā degusto. Tu mihi dulcem patriam, tu matrem, tu diuitias ob oculos ponis: at ego hæc omnia negligo, malo quæ Christi Cruci affigi, quàm caducis mundi huius supplicij frui.

Maximus hæc audiens, quàm est, inquit, ercentis Crudis neruis ventrem eius cædite, rotæque alligatum flammis exurite. Fuit continuò rotæ alligatum cumque cruciatu illo acerbissimè augetur, excruciat: Christe Iesu, præstò sis seruo tuo, vt sempiterna nominis tui gloria celebretur, videatque nullam esse cōfusionem his qui spem suam in te collocarunt. Vix verba compleuerat, cum mox Dei Angelus flammam discussit, rotamque planè immolabilem: Misit. Iam copioso sanguine totā terram conasperat, cum iussu Præfecti, populo vrgente & iudicium illud iniquum esse clamante, vinculis constrictus in carcerem missus est: vt ibi omnino latitatio destitutus vitam cum morte permutaret.

Plumbatis  
verberatur.

Gratias agit  
Deo inter  
tormenta.

Immaniter  
excruciatur.

Diuinitus  
adiuuatur.

Tranquillatur in  
carcerem.



His auditis, mater condito testamento ducentos  
 quinquaginta seruos libertate peculioq; donauit, & maximaque auri & argenti vim pauperibus re-  
 licta, possessiones Ecclesie largita est. Tum celeri-  
 ter in Ciciliam ad filium contendens, carcerem in-  
 gressa, procidit ad pedes eius, & absterfo, magna cum  
 reuerentia, vulnere cruore beatam se exclamauit,  
 quod filij sui corpus tot tantisque vulneribus con-  
 cisum & plane dilaniatum cerneret. Totam deinde  
 noctem illa ad pedes eius prostrata, in diuinis lau-  
 dibus exegit. Media vero nocte vox quaedam cum  
 caelesti lumine auribus eorum insonuit: Vos estis  
 Sancti Dei, vos egregij Christi Confessores euerso-  
 resque idolorum, qui omnibus corporis voluptati-  
 bus maximisque huius mundi honoribus Christi  
 Crucem prætulistis.

Mane factus Praefectus egregium sanctissimumq;  
 athletam per Demetrium Centurionem adduci ius-  
 sit. Adfuit protinus martyr, & cum vultu tum ver-  
 bis ad omnia supplicia & mortem, pro Christi glo-  
 ria oppetendam se paratum esse ostendit. Tum Prae-  
 fectus sententiam tulit, vt quinta Sabbatorum Pa-  
 schae in crucem ageretur. Mater vero audita mortis  
 sententia, cōfestim quinque nummos ministris nu-  
 merauit, vt eum contraria ratione, quam Christus  
 Dominus crucifixus fuit, affigerent. Quinto igitur  
 Sabbatorum pronus in caput crucifixus est, & die  
 Parasceues animam egit. Nec defuit martyri in vl-  
 timo spiritu diuinum solatium. Vox enim caelestis  
 demissa audita est: Veni ciuis Christi, & conuersus  
 sanctorum angelorum. Mater vero sanctissimi filij  
 corpus complexa, in ipso complexu spiritum tra-  
 didit. Quorum corpora à fratribus debito cum ho-  
 nore in loco sacro sepulta sunt.

M.A.R.

Mater eius  
 omnes pos-  
 sessiones pau-  
 peribus &  
 Ecclesia lax-  
 gitur.

Gratulatur  
 sibi de filij  
 perpeſſione

Sententia  
 mortis in  
 Calliopiu.

Admiranda  
 matris con-  
 stantia & pi-  
 etas.

Crucifigi-  
 tur Callio-  
 pius, & ma-  
 ter in com-  
 plexu filij su-  
 auitur exce-  
 dit è vita.